UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

Emmanuel Niger.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

Euangelio egregiè iſtic ſatagens. Dicenti vim addebat formæ dignitas, quæ in eo tanta efflorcſcebat, vt Italici cuiuſpiam Regis filius diceretur. Tertius eòdem appulit anno 1628.

P. Franciſcus Rodriguez.

Luſitan. *ibid.* *ætat.* 35. *Soc.* 20.

Ibidem nauiter Apoſtolatum exercuit. Hi tres, inter expiandũ Catholicos, à ſchiſmaticis deprehenſi, accuſati, canum inſtar tractati, in exilium deſtinati, è ſingulis arboribus ſinguli ſuſpenſi, & ſemiuiui lapidati ſunt. Cadauera belluis obiecta: ſed illæ ea innoxia dimisêre.

Fides.

Emmanuel Niger. Coad.

Italus. *Claudiopoli.* 9. *Iunij.* 1603.

Valetudinarium, & ſacrarium Collegij Claudiopolitani in Tranſyluania procurabat Emmanuel, cùm Moyſes Szekely, ſeu Siculus, Calui-

uiniſta, Turcarum ope vrbem occupauit. In ea calamitate occaſione vſi hæretici, in tē-plum Societatis hoſtiliter irruêre, & hæreticâ licentiâ quicquid ſacrum fuit ludibrio habuêre. Eos inter fuit miles qui SS. Euchariſtiæ Sacramentum impiè humi diſperſit, & proculcauit. Eam inſolentiam redarguens Emmanuel, ſecuri militari in capite vulneratus, & globo traiectus, glorioſâ morte, vitam terminauit. *Euchar.* *Fides.*

P. *Bernardum Reuſs* ait Catalogus eorum qui in odium fidei ſunt occiſi, hoc die anno 1629. ſagitis confixum. Nos de illo 17. Iulij, qui dies illi ab alijs aſſignatur.

P. *Chriſtophorus Spotecus.* *Polonus. in Suecia. 14. Iunij. 1601. ætat. 40. Soc. 13.*

Derpati à Chriſtophoro Sommerio Duce captus cum